



GEorgius ille ob felicitatem ingenij atque studiorum assiduitatem in humanioribus literis suo tempore palmam obtinuit. fuit enim philosophus & Astronomus omnium aliorum luculentissimus, sacrae etiam Theologiae cognitione utcumque praeditus. Vnde Vviennae Austriae professor Mathematices ordinarius constitutus fuit. ibi magna cum laude diu iuventutem instituit, atque abstrusiores disciplinas in medium reuocauit. scripsit tum ingenij perspicacis praecleara quaedam volumina, & inter alia nouas Theoricas Planetarum, quae hodie passim magno auditorum fructu publice in Academijs praeleguntur. Tandem uero multis discipulis relictis & inter eos Ioannem de Montereio, uitam uniuersae carnis ingressus est. floruit anno circiter 1470. Trit.

discipulis relictis & inter eos Ioannem de Montereio, uitam uniuersae carnis ingressus est. floruit anno circiter 1470. Trit.